et miserebitur eius: et ad dñm nr̄m qm̄  
mutus est ad ignoscendum. Nō enim co-  
gitationes mee cogitationes ur̄e: neq;  
uie mee uie ur̄e dicit dñs: quia sicut  
exaltantur celi a terra. sic exaltate sunt  
uie mee a uis uis. ⁊ cogitationes mee  
a cogitationib⁹ ur̄is. ⁊ quom̄ descendit  
ymber ⁊ nix de celo. ⁊ illuc ultra nō re-  
uertatur sed inebriat terram ⁊ infundit eā.  
⁊ germinare eā facit: et dat semen serē-  
ti. ⁊ panem comedenti: sic erit uerbum  
nr̄m. qđ egredietur de ore nr̄o. Nō reuer-  
tetur ad me uacuum: sed faciet. quecūq;  
uolui: et p̄spabit̄ in his ad que misi illud.



Die dñs om̄ps. *col.* **D**s qui eccl̄iã tuam.

*R.* Sic cenus *coll.* Concede q̄s. *letaniamet.*

*lectio epl̄e b̄i pauli apl̄i : ad colosenses.*

**F**RS: **S**i con-  
fiteamini cum xp̄o  
que sursum sunt querite. ubi xp̄s ē  
in dextera di sedens. Que sursum sunt  
sapite: nō que sup̄ terram. Mortui enī  
estis: et uita uia abscondita ē cum xp̄o  
in deo. Cum enī xp̄s apparuerit uita uia:  
tunc ⁊ uos apparebitis cum ip̄o in gl̄a. *h*

*die sc̄o pasche. **le** epl̄e b̄i pauli. a:*

*RS: **E**xpurgate uetus **ad corinthios***

**F**ermentum: ut sitis noua consp̄io  
sicut estis azimi. Venim̄ pascha nr̄m:  
immolatus est xp̄s. Itaq; epulemur. nō  
in fermento ueti. neq; in fermento ma-  
licie. et nequicie: sed in azimis sincerit̄  
tatis et ueritatis. *fr̄a. y. **le** actui apl̄oz.*

**I**n diebus illis: **S**tans petrus in  
medio plebis dixit. Viri fratres: uos sci-  
tis quod factum est uerbum p̄ uniuersam

iudeam. incipiens enim a galilea post bap-  
 tismum qd̄ predicauit ioh̄s ih̄m anazareth.  
 quom̄ unexit eum d̄s sp̄u sc̄o et uirtu-  
 te. Qui p̄transiit benefaciendo et sanādo  
 om̄s op̄sōs a diabolo: qm̄ d̄s erat cū eo.  
 Et nos testes sum̄ om̄ium que fecit i regio-  
 ne iudeorum: et iher̄lem: quem occiderunt  
 suspendentes in ligno. hunc d̄s suscitauit  
 tēcia die: et dedit eum manifestū fieri nō  
 om̄i p̄p̄to. sed testib̄ p̄ordinatis a deo. nōs  
 qui manducauimus et bibimus cum illo.  
 postquam resurrexit a mortuis. Et p̄cepit  
 nob̄ predicare p̄p̄to et testificari: quia ipse  
 est qui constitutus est a deo iudex uiuorū  
 et mortuorū. hunc om̄s p̄ph̄e testimoniū  
 p̄hibent: remissionem peccōrum accipere  
 p̄ nomē eius omnes qui credunt in eū.

In diebus illis: *fr̄a. iij. de actu ap̄toꝝ*  
**S**urgens paulus et manu silentiū indi-  
 cens ait. Viri fr̄s filij generis abraam  
 et qui in uob̄ timent d̄m: uob̄ uerbu saluti

huius missum est. Qui enim habitant iherusalem et principes eius: ignorantem ihesum et uoces prophetarum que per omne sabbatum leguntur. iudicantes impleuerunt. Et nullam causam mortis inuenientes in eum: petierunt a pilato ut interficerent eum. Cumque consummassent omnia que de eo scripta erant: deponentes eum de ligno. posuerunt in monumento. Deus uero: suscitauit eum a mortuis. Quis uisus est per dies multos. his qui simul ascenderant cum eo de galilea in iherusalem: qui usque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos uobis annunciamus eam que ad patres nostros reprobatio facta est: quoniam haec deus adimpleuit filiis nostris: resuscitans ihesum

**I**xpium dominum nostrum. *frat. iiii. Le actuum aposto-*  
*li diebus illis.* Apperens petrus os *toloz.*  
suum dixit. Viri israelite et qui timetis deum:  
audite. Deus abraham. et deus ysaac. et deus iacob. deus patrum nostrorum glorificauit filium suum ihesum: quem ues quidem tradidistis

et negastis ante faciem pilati, iudicante illo dimitti. Vos autē sanctūm ⁊ iustum negastis: et petistis uirum homicidā donāri uob. Auctorem u' uite interfecistis: quē d's suscitauit a mortuis. cui' nos testes sumus. ⁊ nunc fr's: scio quia p' ignorantia fecistis sic ⁊ p'ncipes ur̄i. D's autē qui p' nunciavit p' os om̄iu ppharum pati' xp̄i tum suū: impleuit sic. Penitemini igit ⁊ conuertimini ut deleantur ur̄a peccā.

**I**n dieb' ill: *fr̄a. v. De actuū ap̄toꝝ.*

**A**ngl's dñi loquit' est ad philippum diēs. Surge ⁊ uade contra meridianū ad uiam que descendit ab iherl'm in gazam: hec est deserta. ⁊ surgens abiit. Et ecce uir ethiops eunūcus potens candacis regine ethiopia. qui erat sup om̄s gazas eius. uenerat adorare in iherl'm: et reuertebat' sedens sup currum suum. legensq; ysaiā ppham. Dixit autē sp̄s philippo. Accede: et ad iunge te ad currum

istum. Accurrens autē philippus audiuit illum  
legentem ysaiam prophetam: et dixit. Putas  
ne intelligis que legis? Qui ait. Et quomodo  
possum nisi aliquis ostenderit mihi? Rogauit  
que philippum: ut ascenderet et sederet se-  
cum. Locus autē scripture hic erat. quoniam lege-  
bat. Quasi ovis ad occisionem ductus est:  
et sic agnus coram tondente se sine uoce.  
sic non aperuit os suum. In humilitate iudici-  
um eius sublatum est: generatione eius qui  
enarrabit. Quoniam tolletur de terra uita eius. Respon-  
dens autē eunuchus philippo dixit. Obsecro  
te de quo propheta dicit hoc. de se. an de alio  
aliquo? Apperrens autē philippus os suum: et  
incipiens a scriptura ista euangelizauit illi  
ihesum. Et dum uentus per uiam: uenerunt ad quon-  
dam aquam. Et ait eunuchus. Ecce aqua. Quis  
prohibet me baptizari? Dixit autē philippus. Si  
credis ex toto corde: licet. Et respondens di-  
xit. Credo filium dei esse ihesum. Et iussit stare  
currum. Et descenderunt uterque in aquam phi-



lypius et eunuchus: et baptizavit eum.  
 Cum autem ascendissent de aqua: spiritus domini  
 rapuit philippum. Et amplius non vidit eum  
 eunuchus. Ibat autem per viam suam gau-  
 dens: philippus autem inventus est in azoto.

**V** et transiens evangelizabat civitatibus  
 euniceis. donec veniret cesaream nomen domini  
**H** fra. vi. te epte bi pet apli. nri ihu x.  
 Non: X ps semel p peccis nris mor-  
 tuus e iustus p iniustis: ut nos offerret  
 do: mortificatos quidem carne. iustificato  
 aute spu. In quo et his qui in carcere erant  
 veniens predicavit: qui increduli  
 fuerant aliquando. quando expectabat dei  
 pacientiam in dieb' noe. cum fabricaretur  
 archa. in qua pauci id est octo anime salve  
 facte sunt p aquam. Qd et vos nunc simi-  
 lis forme salvos fecit baptisma. non car-  
 nis depositio sordium. sed conscientie bo-  
 ne interrogatio in dnm: p resurrectione dmi  
 nri ihu xpisti. qui est in dexta di. **Salvo.**



**R**oñ: Deponentes om̄em *Petri apli.*  
maliciam. ⁊ om̄em dolum. ⁊ simulatio  
nes. ⁊ inuidias. ⁊ om̄es detractiones: sicut  
modo geniti infantes. rationabiles. sine  
dolo. ita concupiscite. ut in eo crescatis in  
salutem. si tamen gustastis quoniam dulcis est  
dominus. Ad quem accedentes lapidem uiuum.  
ab hominibus quidem reprobatum a deo autem elec  
tum ⁊ honorificatum: et ipsi tamquam la  
pides uiui. superedificamini domos spirituales  
sacerdotum secundum scripturam. offerre spirituales hostias  
acceptabiles deo per ihesum christum. Propter  
quod continet scriptura. Ecce ponam in  
sion lapidem summum angularem elec  
tum preciosum. ⁊ om̄is qui crediderit in  
eum non confundetur. Vobis igitur honor  
credentibus: non credentibus autem. lapis quem reproba  
uerunt edificantes hic factus est in caput an  
guli. ⁊ lapis offensionis ⁊ petra scandali:  
his qui offendunt uerbo. nec credunt in quos  
positi sunt. Vos autem genus electum. regale

53  
sacerdotium. gens sc̄a p̄p̄s adq̄sitionis: ut  
uirtutes annuncietis eius qui de tenebris uos  
uocauit in admirabile lumen suum. Qui  
aliquando nō p̄p̄s: nunc autem p̄p̄s dei.

**Q**ui nō cōsecuti<sup>4</sup> misericordiam: nunc autem  
misericordiam consequuti. *Deā in oct̄.*

**R**ōi: *O m̄e pasche. Accepte b̄i ioh̄is*  
quod natūm est ex dō: uincit *ap̄t̄i.*  
mundum. & hec est uictoria<sup>4</sup> que uincit  
mundum: fides n̄ra. Quis est autem qui  
uincit mundum, nisi qui credit qm̄ ihs  
est xp̄istus filius dei: hic est qui uenit  
p̄ aquam ⁊ sanguinem: ihesus xp̄istus.  
Non in aqua solum: sed in aqua ⁊ sangui  
ne. & sp̄s est qui testificat<sup>4</sup>: qm̄ xps est  
ūitas. Qm̄ tres sūt qui testimoniū dant  
in t̄ra: sp̄s aqua ⁊ sanguis. & tres unū sūt.  
& tres sunt qui testimoniū dicunt in  
celo: pater ⁊ filius et sp̄s sc̄s. ⁊ hi tres  
unū sunt. Si testimoniū hominum  
accipimus: testimoniū dei maius est.

Quoniam hoc est testimonium dei quod maius est :  
quia testificatus est de filio suo. Qui cre-  
dit in filium dei : habet testimonium dei

**H**oc dicitur. *Dea. i. p. oct. petri apli. in se.*  
*Omni: Xps passus e p nob. uob' relin-*  
quens exemplum : ut sequamini uesti-  
gia eius. Qui peccatum non fecit : nec inuenit  
est dolus in ore eius. Qui cum maledice-  
retur : non maledicebat. Cum pateretur :  
non comminabatur. Tradebat autem iudi-  
canti se iniuste : qui peccata nostra ipse protulit  
in corpore suo super lignum. ut peccatis mor-  
tui iusticie uiuamus. cuius huiusmodi sanati  
estis. Eratis enim aliquando sicut oues erran-  
tes :

**H**oc dicitur. *Dea. ii. p. oct. petri apli.*  
sed conuersi estis nunc ad pastorem  
et episcopum uestrarum uirarum. *Dea. ii.*  
*Omni: O*bscuro uos *p. oct. petri apli.*  
tamquam aduenas et peregrinos. ab-  
stinere uos a carnalibus desideriis que mi-  
litant aduersus animam : conuersatio-  
nem uestram inter gentes habentes bo-

nam . ut in eo quod detrectant de uob  
tamqm̄ de malefactorib⁹ . ex bonis opibus  
uos confidantes . glorificent dñm in die iu-  
sitacionis . Subiecti estote om̄i humane  
creature . ⁊ p̄t dñm : siue regi quasi p̄cel-  
lenti . siue ducibus tamqm̄ ab eo missis  
ad uindictam malefactorum laudem ū  
bonoz . Quia sic est uoluntas dei : ut be-  
nefacientes obmutescere faciatis imprudē-  
tium hominum ignorantiam . Quasi libe-  
ri . ⁊ non quasi uelamen habentes malicie  
libertatem : sed sic serui dei . Om̄s honora-  
te : fraternitatem diligite . Dñm timeate :  
regem honorificate . Serui : subditi esto-  
te in om̄i timore dñi : non tantū bonis  
⁊ modestis . sed etiam discolis . hec est enī

**H**gracia . In xp̄o ihesu domino n̄ro . *deā .*  
*oñi . Omne . iij . iacobi apostoli .*  
datum optimum ⁊ omne donum  
p̄fectum⁹ desursum est : descendens a patre  
luminum . apud quem nō est trans

mutacio: nec uicissitudinis obumbracio. Voluntarie enim genuit nos uerbo ueritatis: ut simus initium aliquid creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo uelox ad audiendum. tardus autem ad loquendum: et tardus ad iram. Ira enim uirij: iusticiam dei non operatur. Spe quod abicientes omnem immundiciam et habundantiam malicie: in mansuetudine suscipite in-

**R**editum uerbum. Quod potest saluare animas  
*Rōi: Dēa. iiii. Jacobi apostoli. Suias.*  
Estote factores uerbi et non auditores tantum fallentes uos metipsos: quia si quis auditor est ubi et non factor, hic comparabitur uiro confidanti uultum naturae suae in speculo. Confidauit enim se et abijt: et statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem prospexerit in lege perfecta libertatis, et permanserit non auditor obliuiosus factus: sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autem putat se religiosum esse

non refrenans linguam suam sed seducens  
eorum suum: huius uana est religio. Religio  
mundata et immaculata: apud deum et pa-  
trem hec est. Visitare pupillos et uiduas

in tribulatione eorum: et immaculatum  
se custodire ab hoc seculo. *In diebus rogatio*

*Non: Confitemini unum. Iacobi apoli.*

Alterutrum peccata uia: et orate pro inuicem  
ut saluemini. Multum enim ualet: deprecatio  
iusti assidua. Helias homo erat similis  
nobis passibilis: et orationem orauit ut  
non plueret super terram. et non pluit annos  
tres. et menses sex. Et rursus orauit: et  
celum dedit pluias, et terra dedit fructum  
suum. Si quis autem errauerit ex uobis a ueri-  
tate, et conuerterit quis eum: scire debet, quoniam  
qui conuerterit peccatorem ab errore  
uie sue, saluabit animam eius a morte. Et  
operit multitudinem peccatorum. *In uigilia as-*

*res: Unicuique mensuris diu ad ephesi-*  
*nium data est gratia: secundum mensuram os.*

donationis x. Apt quod dicit. Ascendens  
in altum captiuam duxit captiuitatem:  
dedit dona hominib. Quod aut ascendit  
quid est. n. quia et descendit pimum in in-  
feriores partes terre? Qui descendit: ipse  
est et qui ascendit sup omis celos ut ad-  
impleret omnia. X ipse dedit quosdam  
quidem aptos, qsdam aut pphas alios u  
euanglistas, alios autē pastores, ⁊ docto-  
res. ad consummationem scōz. in opus  
ministerij, in edificationem corporis xpi  
donec occurramus omnes in unitatem  
fidei, ⁊ agnitionis filij di. in uirum pfect-  
tum. in mensurā etatis plenitudinis xpi.

**I**n die ascensionis dñi. *De actu aptoz.*  
Primum quidem sermonē feci de  
omib. o theophile que cepit ihs facere  
⁊ docere: usq; in diem qua papiens  
aptis p spm scm qd elegit assumpt' est.  
Quib. ⁊ prebuit se ipsum uiuum p. pas-  
sionem suam in multis argumentis p die



quadraginta apparens eis: et loquens de  
 regno dei. Et conuescens precepit eis ab ierusalem  
 ne discederent, sed expectarent  
 promissionem patris, quam audistis inquit per  
 os meum: quia iohannes quidem baptizauit  
 aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto  
 non post multos hos dies. Igitur qui conue-  
 nerant: interrogabant eum dicentes. Domine: si  
 in tempore hoc restitues regnum israel? Dixit autem  
 eis. Non est uestrum nosse tempora uel momenta que  
 pater posuit in sua potestate: sed accipietis  
 uirtutem superuenientis spiritus sancti in uos, et  
 eritis in testes in iherusalem, et in omni iudea  
 et samaria, et usque ad ultimum terre. Et cum  
 hec dixisset: uidentibus illis eleuatus est, et nu-  
 bes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque in-  
 tuerentur in celum euntem illum: ecce duo  
 uiri astiterunt iuxta illos in uestibus albis que  
 et dixerunt. Viri galilei quid statis aspicientes  
 in celum? Hic iohannes qui assumptus est a uobis  
 in celum: sic ueniet quemadmodum uidistis.

ascendit eum euntem in celum. **Dea p<sup>o</sup> ascensione.**  
**R**ōi: **Estote prudentes: te, epte: b pet<sup>a</sup>.**  
**7** uigilate in orationib<sup>9</sup>. Ante omnia aut  
mutuam in uob<sup>9</sup> metipsis caritatem conti-  
nuam habentes: quia caritas <sup>opertit</sup> mult<sup>u</sup>  
tudinem peccōz. **H**ospitales inuicem: sine  
murmuratione. **U**nusq<sup>ue</sup> sic <sup>ut</sup> accepit grātia  
in alterutrum illam <sup>7</sup> amministrantes: sicut  
boni dispensatores multiformis gracie dei.  
**S**iq<sup>ue</sup> loquit<sup>ur</sup>: quasi sermones dei. Siquis  
ministrat: tanquam ex uirtute quam ad-  
ministrat d<sup>eu</sup>s. ut in omib<sup>9</sup> honorificetur d<sup>eu</sup>s <sup>et</sup>  
**7** ih<sup>u</sup>m xp<sup>m</sup> d<sup>eu</sup>m nr<sup>m</sup>. **In oct<sup>o</sup> ascensionis**  
**P**rimum quidem **Q<sup>ue</sup> in die. s<sup>ab</sup>bo In**  
**T**emptauit d<sup>eu</sup>s abraam: **vig<sup>o</sup> pent<sup>o</sup>. te. i.**  
et dixit ad eum. Abraham. At ille res-  
pondit. Adsum. Atz illi. **V**olle filium tuū  
unigenitum quem diligis ysaach: et ua-  
de in terram uisionis. atq<sup>ue</sup> offer eum ibi in  
holocaustum sup<sup>er</sup> unum montem quē mōs  
trauerit tibi. **I**git<sup>ur</sup> abraam de nocte cōsur-

57  
gens. stravit asinum suum. ducens secum  
duos juvenes. et ysaac filium suum. Cumq;  
concidisset ligna in holocaustum: abiit  
ad locum quem p̄cepit ei d̄s. Die aut̄ t̄cio.  
elevatis oculis vidit locum p̄cul: dixitq;  
ad pueros suos. Expectate hic cum asino: ego &  
puer illic usq; p̄pantes postquam adoraue-  
rim⁹ revertemur ad uos. Tulit quoq; ligna ho-  
locausti: et imposuit sup̄ ysaac filium suum.  
Ipse ū: portabat in manib⁹ ignem ⁊ gladiū.  
Cumq; duo p̄gerent simul: dixit ysaac patri  
suo. Pater mi: At ille respondit. Quid uis fili:  
Ecce inquit ignis ⁊ ligna: ⁊ ubi est uictima  
holocausti: dixit abraam. D̄s p̄uidebit sibi  
uictimam holocausti filii mi. P̄gebant ḡ pa-  
riter: ueneruntq; ad locum quē ostenderat  
ei d̄s. In quo edificauit altare: et desup̄ lig-  
na composuit. Cumq; colligasset ysaac filij  
um suum: posuit eum in altari sup̄ struem  
lignorum. Extenditq; manum ⁊ arripuit  
gladium: ut immolaret filium suum. Ecce

angl's dñi de celo. clamauit dicens. Abraám :  
abraám. Qui respondit. Adsum. Dixitq; ei.  
Non extendas manum tuam sup pueru :  
neq; facias illi quicqm. Nunc cognoui qd  
timeas dñm : et non pepcisti filio tuo unige-  
nito p't me. Leuaui abrahá ocelos uiditq;  
post tergum arietem int' uepres herente  
cornibus : que assumens obtulit holocaus-  
tum p filio. Appellauiq; nom loci illius  
dñs uidet : unde usq; hodie dicit' i mó-  
te dñs uidebit. Vocauit aut angl's dñi  
abraám secdo de celo dicens. Et memetip-  
sum iurauit dicit dñs : quia fecisti rem  
hanc. et nō pepcisti filio tuo unigenito : be-  
nedicam t' et multiplicabo semen tuu sic  
stellas celi : et uelut arenam que est i lit-  
tore maris. Possidebit semē tuum portas  
inimicorum suoz : et bñdicent' in semine  
tuo o's gentes tie : q'a obedisti uoci mee.  
Reuisusq; ē abrahá ad pueros suos : abierq;  
bersabee simul. et habitauit ibi. **Q**uoniam

n dieb' illis : **S**cripsit moyses **lc. 11.**  
 canticum : et docuit filios isrl. Prece  
 ptaq; dñs iosue filio nun : et ait . Con  
 fortaue et esto robustus tu enim intro  
 duces filios isrl in terram qm pollicet' sum .  
 ⁊ ego ero tecum . Postqm g scripsit moyses  
 uba legis hui' in uolumine atq; comple  
 uit : precepit leuitas qui portabant ar  
 cha federis dñi dicens . Tollite librum istu .  
 ⁊ ponite illum in late arche federis dñi  
 dei ur̄i : ut sit ibi contra te in testimoniu .  
 Ego enim scio contentionem tua : et ceru  
 cem tuam durissimam . Adhuc uiuente me  
 ⁊ ingrediente uobcum . semp contenciose  
 egistis contra dñm : qñtomagis cū mor  
 tuus fuero : Congregate ad me om̄s ma  
 iores natu p trib' uias atq; doctores ⁊ lo  
 quar audientib' illis sermones istos : et  
 inuocabo contra eos celum ⁊ terrā . Non enim  
 qd post mortē m̄am unq; agētis ⁊ declina  
 bitis cito a uia quā p̄cepi uob : et occurrēt

uobis mala in extremo tempore. quoniam feceritis  
malum in conspectu domini. ut irascatur  
per opera manuum uestrarum. Loquitur ergo  
moyses audiente uniuerso cetero filiorum israel.  
uerba carminis huius: et ad finem usque  
compleuit. **R.** Ascende celum **col.** **D.** S qui

nobis per prophetam. **tc. iiii.** Apphendent. **oz. in vii. pa.**

**R.** **A.** **U**na facta. **col.** **D.** S qui nos  
audi israel mandata uite: auribus **tc. viii.**  
**A**perpe ut scias prudentiam. Quid est  
israel quod in terra inimicorum es. in uicte  
terra in terra aliena. conuincat es cum mor  
tuus. deputat es cum his qui in inferno  
sunt: Dereliquisti fontem sapientie. Nam si  
in uia dei ambulasses: habitasses utique  
in pace super terram. Discere ubi sit sapientia.  
ubi sit uictus: ubi sit prudentia: ut scias si  
mal ubi sit longiterna uita et uictus. ubi sit  
lumine oculo et pax. Quis inuenit locum  
eius. et quis inuouit in thesauros eius.  
Vbi sunt principes gentium. et qui diuicantur

sup̄ bestias que sunt sup̄ terram. qui in aub̄  
 celi ludunt. qui argentum thesaurizant  
 ⁊ aurum in quo confidunt homines. ⁊  
 non est finis possessionis eorū. qui argen-  
 tum fabricant ⁊ solliciti sunt. nec est  
 inuentio opum illoꝝ. Et tam̄ examina-  
 ti sūt et ad inferos descendunt. ⁊ alij  
 in locum illoꝝ surrexer̄. Iuvenes iudic̄  
 lum̄. ⁊ habitauerunt sup̄ terram. Viam  
 aut̄ discipline nescierunt. neq; intellexer̄  
 semitas eius. neq; suscepunt eā filij eorū.  
 A facie eorū longe facta est. Nō est audita  
 in chanaan. neq; visa est in theman. filij  
 quoq; agar qui exq̄sierunt prudentiam  
 que de terra est. negociatores terre themā.  
 ⁊ fabulatores. ⁊ exq̄sitores prudentie et  
 intelligentie. viam aut̄ sapientie nes-  
 cierunt. neq; meminer̄ semitarum ei.  
 Quisr̄ quam magna ē domus d̄i. ⁊ ingen̄  
 locus possessionis eius. magnus ⁊ non  
 habens consumationē. excelsus ⁊ iun̄sus.

Ibi fuerunt gigantes nominati. illi qui  
ab inicio fuerunt statura magna: scie-  
tes bellum. Non hos elegit dñs: neq;  
uiam discipline inuenerūt: p̄pterea vi-  
erunt. & qm̄ non habuerūt sapentiā:  
p̄ier̄ p̄t̄ suam insipientiā. Q̄s ascendit  
in celum ⁊ accepit eā: et dedux̄ eā de  
nubib⁹. Quis t̄nsfretauit mare ⁊ inue-  
nit eā. ⁊ attulit eā sup̄ aurū electum.  
Nō est q̄ sciat uiam ei⁹: neq; excogitet se-  
mitas eius. Sed qui scit uniuersa nouit  
illā: et adinuenit eā prudentia sua. Q̄  
p̄fecit tram̄ i sempit̄no t̄p̄e: ⁊ adimpleuit  
eam pecudib⁹. Vocauit eā: ⁊ laudauit eum  
in tremore. Stelle aut̄ dederunt lum̄ in cus-  
todis suis: et letate sunt. Vocate sūt et  
dixerunt adsumus: ⁊ luxer̄ ei cum iocun-  
ditate. Q̄ fecit illas hic d̄s nr̄ est: et nō  
estimabit̄ alius ad illū. Hic adinuenit  
omem̄ uia discipline: et dedit illā iacob  
puero suo: et isrl̄ dilecto suo. Post h̄ sup̄ t̄ra



usus est: et cum hominib<sup>9</sup> conu<sup>9</sup>sat<sup>9</sup> est.

**V** *col. M<sup>s</sup> incomut. k. Sic ceru. col. C<sup>o</sup>cede  
qs. Seq<sup>r</sup> letania. Hurel. le actuu<sup>9</sup> ap<sup>9</sup>toz.*

**I**n dieb<sup>9</sup> illis: Factum est cum apollo es-  
set corinthi. ut paulus <sup>et</sup> pagratis <sup>et</sup> supio-  
rib<sup>9</sup> partib<sup>9</sup> ueniret ephesum. et inue-  
niret quosdam discipulos: dixitq; ad eos.  
Si spm scm accepistis credentes: At illi  
dixerunt ad eum. S; neq; si sps scs est  
audiuimus. Ille uero ait. In quo g<sup>o</sup> bap-  
tizi estis? Qui dixerunt. In iohannis  
baptismate. Dixit aut paulus. <sup>12196</sup> Iohs bap-  
tizauit baptismate penitentie <sup>12197</sup> p<sup>9</sup> ip<sup>9</sup>m dies.  
in eum qui uentur<sup>9</sup> est post ipsum ut  
credent: hoc est in ihm. His auditis:  
baptizati sunt in <sup>uomine</sup> n<sup>9</sup>me do<sup>9</sup>mini ihu. Et  
cum imposuisset illis man<sup>9</sup> paulus: uenit  
sp<sup>9</sup>s scs sup eos. et loq<sup>9</sup>bantur <sup>12198</sup> linguis et  
ps<sup>9</sup>phabant. Erant autem om<sup>9</sup>s uiri: fere  
duodecim. Ingressus autem <sup>12199</sup> sinagogam  
paulus. cum fiducia loq<sup>9</sup>batur p<sup>9</sup> tres me-



**S**es: disputans ⁊ suadens de regno dī. In  
h̄ diebus illis: *die sc̄o pent̄. Et actiū ap̄tōz.*  
**C**um complerent̄ diēs pentecostes: erāt  
om̄s discipuli pariter in eod̄em loco. Et  
factus est repente de celo sonus, tamquā  
aduenientis spirit̄ uēhementis: ⁊ reple  
uit totam domum ubi erāt sedentes.  
⁊ apparuerunt illis dispartite lingue tam  
quam ignis: seditq; sup̄ singulos eorum.  
⁊ repleti sūt om̄s sp̄u sc̄o: ⁊ cepit loq̄ uariis  
linguis, sicut sp̄s sc̄s dabit̄ eloq̄ illis. Erāt  
autē in iherl̄m habitantes iudei uiri reli  
giosi: ex om̄i natione q̄ sub celo ē. facta  
at̄ hac uoce conuenit multitudo ⁊ mente  
cōfusa ē: qm̄ audiebat unusq;sq; lingua sua  
illos loq̄ntes. Stupebāt̄ aut̄ om̄s: ⁊ mi  
rabant̄ dicētes. Hōm̄ne ecce om̄s isti q̄ loq̄nt̄  
galilei sūt: ⁊ quom̄ nos audiuim̄ unus  
quisq; linguā nr̄a in qua nati sum̄: Parti.  
⁊ medi: ⁊ elamite: ⁊ qui habitant mesopo  
tamiam. iudeam ⁊ capadociam. pontum.

67  
- et asiam. frigiam. et pamphiliam. egiptum  
- et partes libie. que est circa cirenen. et  
aduene romani. iudei quoque. et phelici.  
cretes et arabes. audiuiimus eos loquente  
nris linguis magnalia dei. *frā. ij. Lectio*

**I**n diebus illis. *Actuum apłoz.*  
petrus os suum dixit. Viri frs et pa  
tres. nob pcepit dñs pdicare pto et te  
tificari. quia ipse e q constitut e a deo  
iudex uiuoz et mortuoz. huic oms  
aphe testimonium phibent. remissione  
pcoz accipe p nome ei. oms q credunt  
in eum. Adhuc loquente petro uerba  
hec. cecidit sps scs sup oms <sup>qm</sup> audiebāt  
uerbu. Et obstupuerunt ex circumcisi  
one fideles. qui uenerant cu petro. quia  
et in nationes gra sps scī effusa est. Au  
diebāt enim illos loquentes linguis.  
et magnificantes deum. Tunc respon  
dit petrus. Numquā aquā qis phibere  
potest. ut n baptizentur hi spm scm acce

perunt sic et nos: et iussit eos baptizari:  
in nomine domini nostri ihu xpi. *fra. iij.*  
Et diebus illis: *Cum Le actuum aploz.*  
audissent apostoli qui erant iherosolimis  
quia recepit samaria uerbum dei:  
miserunt ad illos petrum et iohannem.

Qui cum uenissent: orauerunt pro  
ipsis ut acciperent spiritum scilicet. Hodie  
enim in quamquam illorum uenerat: sed bap-  
tizati tantum erant in nomine domini ie-  
su. Tunc imponebant manus super illos.

Et accipiebant spiritum scilicet. *fra. iij. Le actuum*  
*ii diebus illis.* Stans petrus *aploz. Le. i.*  
cum undecim: leuauit uocem suam et  
loquutus est eis. Viri iudei et qui habi-  
tatis iherusalem uniuersi: hoc uob notum  
sit. et auribus percipite uerba mea. Non enim sic  
estimatis hi ebrii sunt. cum sit hora diei  
tercia: sed hoc est quod dictum est per prophetam  
iohel. Et erit in nouissimis diebus dicit dominus.  
effundam de spiritu meo super omnem carnem: et

issa de spu scilicet  
et per hanc dicitur

62.  
p̄phabūt filij ur̄i ⁊ filie ur̄e. Juuenes ur̄i  
uisiones uidebūt: ⁊ seniores ur̄i sompna  
sompnabūt. ⁊ quidē sup seruos mōs ⁊ su  
p ancillas mas in dieb⁹ illis effundā de  
spū mō: ⁊ p̄phabūt. ⁊ dabo p̄digia in ce  
lo sursum. ⁊ signā in t̄ra deorsum: san  
guinē ⁊ ignem. ⁊ uapōrem fumi. Sol con  
uertetur in tenebras ⁊ luna in sanguē:  
anteq̄m ueniat dies dñi magnus ⁊ mā  
nifestus. ⁊ erit om̄s q̄cumq; iuocauerit  
nom̄ dñi saluus erit. *Le actuum ap̄toꝝ*

**I**n dieb⁹ illis. *Per manus ap̄toꝝ. Le. ij.*  
fiabant signa ⁊ p̄digia multa in plebe.  
⁊ erāt om̄s unanimiter: in p̄rticu  
s̄alomōnis. Ceteroꝝ autem nemo aude  
bat coniungere se illis: sed magnifica  
bat eos p̄pts. Magis autē augebatur cre  
dentium in dōm̄no multitudo uirōꝝ ⁊  
ac mulierū: ita ut in plateis eicerent  
infirmos: ⁊ pōnerent in lectulis. ⁊ gra  
bitis. ut ueniēte p̄t̄ saltem umbra illi⁹

obumbraret quemquam illorum. et liberarentur  
ab infirmitatibus suis. Concurrebat autem  
et multitudo uicinarum ciuitatum iherosolymorum.

**I**fferentes egros et uexatos a spiritu immundis: qui curabantur omnes. *fra. v. Lectio*  
*h. diebus illis: Philippus actuum ap. loz*  
descendens in ciuitatem samariam: predi-  
cabat illis christum. Intendebant autem  
turbe his que a philippo dicebantur: una-  
nimitate audientes et uidentes signa que  
faciebat. Multi enim eorum qui habebant  
spiritus immundos: clamantes uoce magna  
exiiebant. Multi autem paralytici et cla-  
uidi: curati sunt. factum est ergo magnum

gaudium: in illa ciuitate. *fra. vi. Le*  
*h. diebus illis: Petrus actuum ap. loz.*  
petrus os suum dixit. Viri israelite:  
audite uerba hec. Iesum nazarenum uirum  
approbatum a deo in uobis uirtutibus  
et signis et prodigiis. que fecit per illum deus  
in medio uiri sicut uos scitis. huc desi-

nro confilio. ⁊ p̄scientia dī traditū. per  
 manus iniquoz affigentes int̄emistis.  
 quē d̄s suscitauit solutus dolorib⁹ infer-  
 ni. iuxta qđ ip̄ossibile erat teneri illū  
 ab eo. Dauid enim dicit in eum. Pro-  
 debam dñm coram me semp: qm̄ adex-  
 tris est mihi ne commouear. Ip̄t hoc leta-  
 tum est cor m̄m. ⁊ exultauit lingua m̄a.  
 in sup̄ et caro m̄a⁹ requiescet in spe: qm̄  
 non derelinques animam meam in inferno.  
 neq; dabis sc̄m tuū uidere corruptionē.  
 Notas mihi fecisti uias uite: replebis me iocunditate cum facie tua. **Sabbō. Te Jo**



**H**ec dicit dñs d̄s. **Effun helis p̄phe.**  
 dam de spū m̄o sup̄ om̄em carnem:  
 ⁊ p̄phabunt filii uiri et filie uir̄e. Senes  
 uiri somnia sompniabunt: et iuuenes  
 uiri uisiones uidebunt. Sed et sup̄ seruos  
 meos ⁊ ancillas m̄as in dieb⁹ illis effun-  
 dam de spū meo: et dabo p̄digia in celo  
 ⁊ signa in tra: sanguinem ⁊ ignē ⁊ ua-

portem funis. Sol conuertetur in tenebras et  
luna in sanguinem: antequam ueniat dies  
domini magnus et manifestus. Et erit. omnis qui  
cumque inuocauerit nomen domini saluus erit

**I**n diebus illis: *Le libri de utero nomij.*

**D**ixit moyses filiis israel. Septem ebdo-  
madas numerabis tibi a die qua falcem  
in segetem miseris: et celebrabis diem fes-  
tum ebdomadarum domino deo tuo. Oblatio-  
nem spontaneam manus tue offeres iuxta  
benedictionem domini dei tui: et epulaberis  
coram domino deo tuo. tu et filius tuus et filia  
tua. et seruus tuus et ancilla tua. et leuites  
qui est intra portas tuas: et aduena ac  
pupillus et uidua qui morantur uobiscum.  
in loco quem elegerit dominus deus tuus. ut ha-  
bitet nomen eius ibi: et recordaberis quoniam  
seruus fueris in egipto: custodiesque et fa-  
cies que precepta sunt. Sollemnitates  
quoque tabernaculorum celebrabis per septem  
dies. quoniam collegens de area et de torculari



64  
fruges tuas: et epulaberis in festiuitate tua.  
tu et filius <sup>tuus</sup> et filia. et seruus tuus et ancilla:  
leuites quoque et aduena: et pupillus ac  
uidua. qui intra portas tuas sunt. Sep-  
tem diebus domino deo tuo festa celebrabis  
in loco quem elegit dominus: benedicetque tibi dominus  
deus tuus in cunctis frugibus tuis: et in omni  
ope manuum tuarum: et in leuera.

Dicit dominus omnipotens. **Le. iij. 10. libri de uero**  
**I**n diebus illis: **D**ixit moyses. **nomij.**  
Audi israel: que ego precipio tibi ho-  
die. Cum intraueris terram quam dominus  
deus tuus tibi daturus est possidendam  
et obtinueris eam. atque habitaueris in  
illa: tolles de cunctis frugibus tuis pingu-  
as et pones in cartallo: pergensque ad locum  
quem dominus deus tuus elegerit ut ibi in-  
uocetur nomen eius: accedes ad sacer-  
dotem qui fuerit in diebus illis. et dices  
ad eum. Confiteor hodie coram domino deo tuo.  
quod exaudiuit nos et respexit humilitatem

nam et laborem atque angustiam: et edu-  
xit nos de egipto in manu forti. et bra-  
chio extenso. in ingenti pauore. in signis  
atque portentis: et introduxit ad locum  
istum: et tradidit nobis terram lacte et  
melle manantem. Nunc igitur nunc offero  
primicias frugum terrae: quam dominus deus de-  
dit mihi. Et dimittis eas in conspectu  
domini dei tui: et adorato domino deo tuo epu-  
laberis in omnibus bonis que dominus deus tuus  
dederit tibi. *Le iii. Le. libri leuitici.*

**I**n diebus illis: Dixit dominus ad moysen.  
Si in preceptis meis ambulaueris. et  
mandata mea custodieris et feceris  
ea: dabo uobis pluuias temporibus suis:  
et terra gignet germen suum. et pomis  
arbores replebuntur. Apprehendet mes-  
sium autem undemiam: et undemia  
occupabit sementem. Et comedetis panem  
uestrum in saturitate. et absque pauore habita-  
bitis in terra uestra. Dabo pacem in finibus

65  
uŕis . Dormietis : ⁊ non erit qui exteiat .  
Auferam malas bestias : ⁊ gla dius  
non transibit terminos uŕos . ⁊ seque  
mini inimicos uŕos : et corruent corā  
uobis . Persequentur quinq; de uŕis  
centum alienos : et centum ex uob  
decem milia . Cadent inimici uŕi in  
conspectu uŕo gladio . Respiciam uos ⁊  
crescere faciam . multiplicamini ⁊ fir  
mabo pactum meum uobcum . Come  
detis uetustissima ueterum : ⁊ uetera  
nouis supuenientib; . picietis . Ponam  
tabernaculum meum in medio uŕi : ⁊  
non abiciet uos amā nŕa . Ambulabo  
int; uos ⁊ ero dŕs uŕ : uosq; eritis pptŕs  
mŕs . Dicit dŕs omŕps . *Le. v. Angŕs dŕi .*

*H dieb; illis . Le. actiū apłoz . s. q. i. xl.*  
**C**onuenit uniuersa ciuitas audire  
uerbum dŕi . Videntes autē turbas  
iudei repleti sūt zelo : ⁊ contradicebāt  
his que a paulo dicebantur blāsphe

mantes. Tunc constant' paulus ⁊ barna-  
bas dixunt. Vob' oportebat p̄mum loqui  
uerbum dei: sed qm̄ repellitis illud. et  
indignos uos iudicatis eterne uite. ecce  
conuertimur ad gentes. Sic enī precepit  
nob' dñs. Iosui te in lucē gentib': ut  
fis in salutem usq; ad extremū tie. Au-  
dientes autem gentes gauise sunt. et  
glorificabāt uerbum domini: ⁊ credider  
quotquot erant p̄ordinati ad uitā etnā.  
Disseminabatur autem uerbum domini:  
p̄ uniuersam rēgionem. Discipuli autem  
replebantur gaudio ⁊ spū scō. *Dea. i. p̄*

*pentec. Et eplē bī pauli apli: ad corintho.*

**F**rs: *G*audete p̄fecti estote: exhor-  
tamini idem sapite. Pacem habete:  
⁊ d̄s pacis ⁊ dilectionis erit uobcū.

*Grā dñi*  
nr̄i ihu xpi ⁊ karitas d̄i: ⁊ cōmuni-  
catio sc̄i sp̄s. sit semp̄ cum oib' uob'

*Dea. ii. p̄ pentec. Et eplē: bī ioh̄is apli.*

66  
**H**omō: Ds karitas est. In hoc apparuit  
karitas dei in nob: qm filium suum  
unigenitum misit ds in mundū. ut  
uiamus p eum. In hoc est karitas: non  
quasi nos dilexerimus dñm. sed qm ipse  
prior dilexit nos. et misit filium suum  
propiciationem p peccatis nris. hñm: si  
ds dilex nos. et nos debem⁹ inuicem di  
lige. Dñm nemo uidit unquam. Si dili  
gamus inuicem: ds in nobis manet.  
et caritas eius in nob pfecta est. In hoc  
intelligimus qm in eo manemus. et ipse  
in nobis: qm de spu suo dedit nobis.  
et nos uidimus et testificamur: qm pat  
misit filium suum saluatorem mundi.  
Quisq; confessus fuit qm ihs est fi  
lius dei: ds in eo manet. et ipse in deo.  
et nos cognouimus. et credimus karita  
ti: quam habet ds in nob. Ds karita  
est. et qui manet in caritate: in deo  
manet et deus in eo. In hoc pfecta e ca

ritas nobiscum ut fiduciam habeamus in die  
iudicii: quia sicut ille est et nos sumus in  
hoc mundo. Timor non est in caritate sed  
perfecta caritas foras mittit timorem: quoniam  
timor penam habet. Qui autem timet:  
non est perfectus in caritate. Nos ergo diliga-  
mus deum: quoniam ipse deus prior dilexit nos.  
Siquis dixerit quoniam diligo deum et fratrem suum  
odit: mendax est. Qui enim non diligit  
fratrem suum quem videt: deum quem non vi-  
det quomodo potest diligere? Et hoc manda-

**V**erbum habemus a deo: ut qui diligit deum:  
diligat et fratrem suum. *Dea. iij. Johanni apli.*

**V**erbi. Nolite mirari: si odit vos mun-  
dus. Nos scimus quoniam translati sumus  
de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres.  
Qui non diligit: manet in morte. Omnis  
qui odit fratrem suum: homicida est. Et  
scitis: quoniam omnis homicida non habet vitam  
eternam in se manentem. In hoc cognosci-  
mus caritatem dei quoniam ille pro nobis animam suam

67  
posuit. ⁊ nos debem⁹ p̄ fr̄ib⁹ animas po-  
nere. Q̄ habuerit substantiā mundi. ⁊  
uidit fr̄em suū necesse habe. ⁊ clauerit us-  
cēra sua ab eo. quom̄ caritas d̄i manet ī  
eo. filioli m̄i. non diligam⁹ ūbo neq; linḡ  
sed ope ⁊ iustate. *deā. iij. lē eplē. b. petri. a.*

**H**ōi. *h*umiliamini sub potenti ma-  
nu dei ut uos exaltet in tempore  
uisitacionis. om̄em sollicitudinem  
uāam p̄cipientes in eū. qm̄ ip̄i cura est  
de uobis. Sobriū estote ⁊ uigilate. q̄a ad-  
ūsarius ūr diabol⁹ tamq̄ leo rugiēs circu-  
it querens quem deuoret. Cui resistite  
fortes in fide. scientes eandem passionē  
ei que in mundo ē. ūre fraternitati fieri.  
D̄s aut̄ om̄is gr̄e qui uocauit nos in  
etiam suā gl̄am ī xp̄o ih̄u medicū passos.  
ip̄se p̄ficiet. cōfirmabit solidabitq;. Ipsi gl̄a  
⁊ impiū in sc̄ta sc̄lor. *deā. v. ad romanos.*

**R̄s.** *E*xistimo qd̄ nō sunt condigne  
passiones hui⁹ t̄p̄is. ad futurā gl̄am

que reuelabit in nob. Nam expectatio creature reuelationem filioꝝ dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est no uolens. sed ppter eum qui subiecit in spe: q̄ et ipsa creatura libabitur a seruitute corruptionis. in libertate filioꝝ dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemuit: et parturit usq; adhuc. Non solum at illa no ipi pmutat sp̄s habentes. et ipsi intra nos gemunt ad p̄u-

no ipi pmutat sp̄s habentes.

nem filioꝝ. expectantes redemptionem corporis nri. In xp̄o ihu dno nro. *Dea. vi.*

*Om̄s unanimes te epl̄e. bi pet̄ aph.*

**I**n oratione estote: compacientes. fratris amatores. misericordes. humiles. no reddentes malum p̄ malo. uel maledictum p̄ maledicto. sed e contrario benedicentes. quia in hoc uocati estis. ut benedictione hereditate possideatis. Qui enim uult uitam diligere. et uidere dies bonos: coerceat linguam suam a malo. et labia eius ne loquantur dolum. *De dicit*



at a malo ⁊ faciat bonum. inq̄rat pacem  
 et sequatur eam: quia ocelli dñi sup ius-  
 tos et aures eius ad p̄ces eorū. Vultus  
 aut dñi: sup facientes mala. ⁊ quis ē  
 qui uob̄ noccat si boni emulatores fuerit.  
 Sed ⁊ siquid patimini p̄t iusticiam: be-  
 ati. Timorem aut eorum ne timueritis:  
 ut non conturbemini. Dñm aut xp̄stū:  
 scificate in cordib⁹ ur̄is.

*Dea. vii. ad ro-  
 manos.*

**Q**uicumq; baptiza-  
 ti sumus in xp̄o ihu: in morte ip̄i  
 baptizati sumus. Consepulti enī sumus  
 cum illo p̄ baptismū in mortem: ut q̄  
 xp̄s surrexit a mortuis p̄ gl̄am patris.  
 ita ⁊ nos in nouitate uite ambulemus.  
 Si enim complata facti sum⁹ similitu-  
 dinis mortis eius. simul ⁊ resurrectionis  
 erimus: hoc scientes quia uetus homo  
 n̄ simul crucifix⁹ est ut destruat⁹ corp⁹  
 pecc̄i. ut ultra non seruiam⁹ pecc̄o. Qui  
 enim mortuus est: iustificatus est a pec-

cato. Si aut mortui sumus cum xpo. cre-  
dimus quia simul etiam uiuemus cum  
ipso. scientes qd xps resurgens ex mor-  
tuis iam non moritur. mors illi ult<sup>o</sup> no  
dnabitur. Quod enim mortuus est pecc<sup>o</sup>  
mortuus est semel. Quod aut<sup>o</sup> uiuit: ui-  
uit deo. Ita et uos existimate uos mortu-  
os quidem esse pecc<sup>o</sup>: uiuentes aut<sup>o</sup> do.  
In xpo ihu dno nro. *dcā. viij. ad roma*

**F**rs: *h*umanum dico: p<sup>o</sup> nos.  
infirmitatem carnis uestrae. Sic enim  
exhibuistis membra ura seruire immun-  
dicie. et iniquitati ad iniquitatem: ita  
nunc exhibete membra ura seruire ius-  
tiae in sanctificatione. Cum enim serui  
essetis peccati: liberi fuistis iustiae. Quam  
ergo fructum habuistis tunc. in quibus  
nunc erubescitis? Nam finis illorum mors  
est. Nunc uero liberi a peccato serui aut<sup>o</sup> fac-  
ta do: habetis fructum urum in sanctifica-  
tione. finem u<sup>o</sup> uitam eternam. Super

diā enim p̄ccī: mors. Gr̄a aut̄ dei: uita  
et̄na. In xp̄o ih̄u d̄no n̄ro. *Deā. ix. ad ro*

**F**rs: *Debitores sumus non car* *mano.*  
ni: ut sc̄dm̄ c̄arnem uiuamus. Si  
enim sc̄dm̄ c̄arnem uixeritis: morie  
mini. Si aut̄ē sp̄u facta c̄arnis mortifi  
caueritis: uiuetis. Quicumq; enī sp̄itu  
d̄i aguntur: hi filij sūt d̄i. Nō enim ac  
cepistis sp̄m̄ seruitutis iterū in timore:  
sed accepistis sp̄m̄ adoptionis filioꝝ. in q̄  
clamam⁹ abba⁹ pater. Ipse enī sp̄s testimo  
nyum reddit sp̄ū n̄ro: q̄d sumus filij d̄i.  
Si aut̄ filij: et heredes. Heredes quidem  
d̄i coheredes autem xp̄i *Deā. x. ad cori*

**F**rs: *Non simus concupis* *thios.*  
centes maloꝝ. sic et illi concupier̄.  
neq; idolatre efficiamini. sicut quidā  
ex ipsis: quemadmodum sc̄ptum est.  
Sedit ips̄s ⁊ manducare et bibere et sur  
rexerunt ludere. Neq; fornicemur sic  
quidam ex ipsis fornicati sunt: et ceci

derunt una die. uiginti tria milia.  
Neq; temptem<sup>us</sup> xpistum sic quidam  
eoz<sup>um</sup> temptauer<sup>unt</sup>: et a serpentib<sup>us</sup> pier<sup>erunt</sup>.  
Neq; murmurauit<sup>is</sup> sic quida<sup>m</sup> eozum  
murmurauer<sup>unt</sup>: et pierunt ab extirminatore  
hec autem omnia: in figura contingebat  
illis. Scripta s<sup>unt</sup> at<sup>que</sup> ad correctionem nra:  
in qs fines sclozum deuenerunt. Itaq;  
q se existimat stare. uideat ne cadat.  
Temptatio uos no<sup>n</sup> apphendat. nisi huma  
na. fidelis aut<sup>em</sup> deus est. q no<sup>n</sup> paciet<sup>ur</sup> uos  
temptari sup<sup>er</sup> id quod potestis: sed faciet  
cum te<sup>m</sup>ptatione etiam puen<sup>ti</sup>u. ut pos  
sitis sustinere. *Dea. xi. ad corinthios.*

**F**rs. Satis qm cum gentes essetis:  
ad simulacra muta put dicebamini  
euntes. Ideo notum uob<sup>is</sup> facio: quod ne  
mo in spu di loquens dic<sup>at</sup> anathema ihu.  
& nemo potest dicere dñs ihs: nisi in spu  
sc<sup>o</sup>. Diuisiones uero<sup>rum</sup> gra<sup>rum</sup> s<sup>unt</sup>: idem aut<sup>em</sup>  
sp<sup>iritus</sup>. & diuisiones<sup>es</sup> ministracionum s<sup>unt</sup>: idē

autē dñs. & diuisiones opationū s: idem  
 uero deus qui opat omnia in omib. Vni  
 cuiq; autem datur manifestatio sps: ad  
 utilitatē. Alij quidem p spm dat sermo  
 sapientie: alij sermo science: scdm eun  
 dem spm. Alteri fides: in eodem spū. Alij  
 grā sanitatum: in uino spū. Alij opa  
 tio uirtutum: alij pphā. alij discrecio  
 spūū. alij genera linguarū. alij interp  
 tatio sermonū. hec aut omnia opat un  
 atq; idem sps: diuidens singlis prut uult.

**PATRES: Dcā. xij. ad corinthios.**

**N**onim uob facio euangliū qd pdica  
 in uob: quod ⁊ accepistis. in q ⁊ statis. p  
 quod ⁊ saluamini. q̄ racione pdicauim ub  
 si tenetis n̄ frustra credidistis. Tradidi enī  
 uob qd ⁊ accepi: qm̄ xps mortu  
 est p peccis nris scdm septuras. ⁊ quia se  
 puitus ē. ⁊ q̄a resurrexit t̄tia die scdm  
 septuras. ⁊ q̄a uisus est cephe. ⁊ p̄ hec  
 undecim. Deinde uisus est plusq̄m quingētis

fratres simul: ex quibus multi manent usque  
adhuc quidam autem dormierunt. Deinde in  
suis est iacobo: deinde apostolis omnibus. Nouus  
sine autem omnium tanquam abortiuus: in  
suis est et mihi. Ego enim sum minimus apostolorum.  
qui non sum dignus uocari apostolus: quoniam perse-  
quutus sum ecclesiam dei. Gratia autem  
dei sum: id quod sum. Et gratia eius in me ua-  
cua non fuit. **De xxij. ad corinthios.**

**F**ides: Fiduciam talem habemus: —  
per Christum ad deum: non quod sufficientes simus  
cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis. sed suf-  
ficientia nostra ex deo. Qui et idoneos nos  
fecit ministros noui testamenti: non littera sed  
spiritu. Littera enim occidit: spiritus autem uiuificat.  
Quod si ministratio mortis litteris deformata  
in lapidibus fuit in gloria. ita ut non possent  
intendere filii israel in faciem moysi propter gloriam  
uultus eius que euacuatur: quomodo non ma-  
gis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si mi-  
nistratio damnationis gloria est: interna

gis habundat ministerium iusticie in gl'a.

**R's: Habzabe Dca. xiiii. ad galathas.**

dicte sunt p'missiones: et semini ei.

Non dicit et semini b' quasi in m'as: s;  
quasi iuno. 7 semini tuo qui est x'p's.

Hoc aut dico testamti confirmatu a deo.

Que p' quadringentos et triginta annos

facta est lex: no irritum facit ad euacuanda  
dam p'missionem. Nam si ex lege hereditas:

iam no ex p'missione. Abzabe aut: p' rep  
missionem donauit ds. Quid g' lex? p'p't  
transgressiones posita e: donec ueniret se

men cui p'miserat. ordinata p' anglos in

manu mediatoris. Mediator aut' un' no

e: ds aut' un' est. Lex g' adu's p'missa di:

Absit. Si enim data eet lex. que posset

iustificare: uere ex lege esset iusticia. Sed

conclufit scriptura. omnia sub pecc'o: ut p'mis

sio ex fide ihu x'pi daret' credentib'. **Dca.**

**R's: Spu am xv. ad galathas.**

bulate: et desidia carnis no pficietis.

Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus  
autem aduersus carnem. Hec enim sibi inuicem  
aduersantur: ut non quecumque uultis illa  
faciatis. Quod si spiritu ducimini: non estis  
sub lege. Manifesta autem sunt opera car-  
nis: que sunt fornicatio. immundicia,  
impudicitia. luxuria. idolorum seruitus.  
ueneficia. inimicitie. contentiones. emu-  
lationes. ire. rixe. dissensiones. secte. in-  
uidie. homicidia. ebrietates. comessatio-  
nes. et his similia. que predicatio uobis sic pre-  
dixi. quoniam qui talia agunt regnum dei non  
consequentur. fructus autem spiritus est: cari-  
tas. gaudium. pax. patientia. longani-  
mitas. bonitas. benignitas. mansuetu-  
do. fides. modestia. continentia castitas.  
Aduersus huiusmodi: non est lex. Qui autem  
sunt christi: carnem suam crucifixerunt: cum  
uicijs et concupiscentijs. *frā. iij. in  
Ieiunijs mensis septembris l. 1. Lectio  
amos propheta.*



**H**ec dicit dñs. **E**cce dies ueniunt et  
 comp̄hendet arator messorē: ⁊ cal  
 cator uue mittentē semen. ⁊ stillabunt  
 montes dulcedinē: ⁊ om̄s colles culti er̄t.  
 ⁊ conuertam captiuitatem ppli m̄i isrl: et  
 edificabunt ciuitates desertas: ⁊ habita  
 bunt in eis. ⁊ plantabunt uineas: et bi  
 bent uinum earum. Et facient ortos: et  
 comedent fruct' eoz. ⁊ plantabo eos sup  
 humum suam: et nō euellam eos ultra de  
 trā sua quam dedi eis. Dic dñs om̄ps.

*n̄ dieb' illis. **te. ij. Te libri esdre.***

**C**ongregatus ē om̄s ppl̄s quasi uir unus  
 ad plateam que est ante portam aquarū:  
 ⁊ dixerunt hesdre scribe ut afferret librū  
 legis moȳsi. quem p̄cepit dñs israh. Attu  
 lit aut̄ hesdras sacerdos legem coram mult  
 tudine uirorum ac mulierum. cunctisq; q  
 poterant intelligere. in die p̄mā mēsis sep  
 timi: et legit in eo ap̄te in platea que erat  
 ante portam aquarum. amane usq; ad mediā

diem. in conspectu uirorum ac mulierum et sapi-  
entium. Et aures omnis populi: erant erecte ad li-  
brum. Et tetit autem esdras scriba super gradum  
lignum quem fecerant ad loquendum. et steterunt  
iuxta eum. Et aperuit esdras librum coram omni  
populo: et benedixit esdras domino deo magno.  
Et respondit omnis populus amen. Et leuantes omnes  
populi manus suas incuruati sunt: et adorauerunt  
dominum in terram. Porro leuite silentium fa-  
ciebant in populo: ad audiendam legem. Populi  
autem stabant in gradu suo: et legerunt in li-  
bro legis dei distincte et apte ad intelligen-  
dum. Dixit autem neemias et esdras sacer-  
